



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 145. Neo-electus Papa appellatus Innocentius VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. rum castus fuisset, cum ex variis foem.  
A. C. 1484.nis septem procreasset liberos, Onuphriu  
 tamen sat honorificam de illo mentione  
 facit, ac plurimum ejus humanitatem  
 ac benignitatem commendat, avarum  
 quidem fuisse refert, erga pauperes u  
 men & afflictos oppido liberalem depr  
 dicat.

## §. CXLV.

*Neo-electus Papa appellatus Inno  
 centius VIII.*

Hic Pontifex Innocentii VIII. nomina  
 accepit in recordationem Innocentii  
 IV. æque Genuensis, Symbolum ve  
 sibi selegit ex illis Psalmi 25. verbis:  
*Ego autem in innocentia mea ingressus sum, si  
 te insinuans, qualem eum esse oportu  
 set.* Initio Pontificatu primas eo curas in  
 tendit, ut pace inter Principes Italie re  
 stituta illos etiam, quos nirma Pra  
 cessoris sui severitas disjunxerat, deno  
 Sedi Apostolicæ conciliaret. Impedie  
 etiam hortabatur Principes Christianos  
 ut foederibus juncti Turcarum vires re  
 tunderent: Ideo Regum, ac Rerumpub  
 licarum Legatos, qui vel Romæ in Cor  
 ria erant, vel ad eum pro debita obedien  
 tia ei præstanda undique confluabant,  
 rogare non destitit, ut ad concordiam  
 amplectendam eos, a quibus missi erant  
 impellerent, hinc alte eorum menti in  
 preffit.

is foem  
nuphru  
entioen  
nitaten  
avaru  
peres u  
n depra  
  
s Inno  
  
. noma  
anocen  
um ver  
bis: &  
um, su  
oportu  
curas  
italiae  
a Prad  
, dem  
Imperi  
ristianos  
vires re  
rumpub  
e in Co  
obedien  
luebant  
cordian  
ssi erant  
menti im  
prefin  
pressit gravia bellorum pericula atque in- Sæcul. XV.  
commoda. Præterea addebat, Principi- A.C. 1484  
bus Christianis nunquam ad mutua inter-  
se arma procedendum nisi coactis: ad om-  
nes quoque Principes suos decrevit Lega-  
tos, qui eos ad frangendos Turcarum in-  
sultus excitarent, nec tamen Pontificis  
Zelo optatus adspirabat eventus. Insu-  
per Columnenses & Ursinos potentissimos  
Romanos Principes, qui cruento bello  
sele mutuo conficiebant, restituta con-  
cordia admonuit, ut privata sua odia ac  
contentiones publicæ Ecclesiæ tranquilli-  
tati, ac status saluti postponerent. In-  
tere tam ipse Pontifex, invitum licet,  
bellum Ferdinando Neapolitano Regi in-  
ferebat, partim ob tributi, quod Ecclesiæ  
pendere debebat, denegatam solutionem,  
partim ob tyrannidem, quam Rex Sedis  
Apostolicæ vasallus, ac cliens Benefi-  
ciarius in præcipuos regni sui Proceres  
exercebat: Illud tamen bellum ultra bien-  
nium non tenuit; eo enim elapso pax utrin-  
que inita est, ea lege, ut Neapolis Rex  
omnes census Ecclesiæ debitos numeraret,  
Papa vero Proceres Italiæ, qui adversus  
eum arma sumperant, data venia in gra-  
tiam reciperet.

§. CXLVI.

*Cardinalis de Bourdeillio obitus.*

Hoc anno Ecclesia ex obitu Eliæ Bour-  
deillii  
N 5